

hatte die Macht nicht, zu verhindern, daß im folgenden Jahre die päpstlichen Truppen unter französischer Begünstigung Drahten mit Feuer und Schwert verwüsteten.

Beatissime Pater, post sanctorum pedum oscula. Sanctissime Pater. Posteaquam preteritis diebus ex Germania superiori in Brabantiam reuersus essem, sanctitatis vestrae literas sub vicesimo secundo Augusti ad me Roma datas, Bruxellis 28. Oct. reuerentér accipi. Exhibuit mihi insuper et suas huius Galliae Belgicae Gubernatrix, quas S. V. sub eodem dato, eademque de re, ad eam dederat litteras legendas. Quamquam autem operae pretium non fuisset dictam Gubernatricem priuatis commouere literis, ut me in officio pietatis et obedientiae contineret, quippe cum nihil aliud desyderem, quam sanctitatis uestrae Ecclesiaeque Romanae preceptis et paternis monitis ultro obedire: tamen et V. S. ad me literae et dictae Gubernatricis fraternae admonitiones mihi fuerunt quam gratissimae. Et quidem optarem illam haeticam pestem, quae praeter expectationem meam ex uicinis Galliarum locis in Principatum meum Auraicum irrepsit, eadem facilitate qua inuecta est, è medio tolli et aboleri posse. Quapropter cum mihi uideretur huic communi malo, quod aliorum quoque principum populos infece- rit, propter tam temporum horum iniuriam, tum uero omnium hominum christiani nominis hodiernam insaniam, non poenis solum, sed etiam et quidem cum primis purioribus iisdemque assiduis et senerioribus conacionibus subueniendam: Illico ad meos Auraici mei principatus Officiarios scripsi, iisque, pro iure

meo, seuerè mandauì, vt carent passim, in Ecclesiis dicti Principatus mei, nostrae orthodoxae et Catholicae religionis doctrinam, vti a maioribus accepimus, pure et maiori cum diligentia doceri, subditosque meos in ea omnimodo contineri: contra autem facientes, et aliud aut palam aut secreto, docentes sub proscriptionis et bonorum confiscationis poena, nullius personae habito respectu, in carcerem puniendos conici. Quorum in transgressores et reos ita me animaduertere constitui, ut delicti grauitas et religionis nostrae tuendae necessitas postulare uidebitur. Idque potissimum ut tum meae obedientiae, qua me S. V. deuinctum confiteor, specimen edam, tum ut fidei meae Catholicae, quam unice obseruauì semper et colui testimonium perhibeam. Sperarem autem Beatissime Pater, si S. V. efficeret, ut uiciniora primum Galliae Heluetiorumque loca uestrae Pontificiae potestatis emendationi parerent, meam quoque prouinciam, quae inde infecta est, ab hoc malo facilius leuari et liberari posse. Interim tamen quemadmodum dixi, nihil intermittam operae, quin faciam ea, quae mearum partium et Catholici principis propria futura esse arbitrabor. Haec autem S. V. respondi solum, ut quid sibi de me meaque diligentia, fide et opera in conseruanda nostra Catholica religione polliceri possit, intelligat. Deus O. M. sit solummodo meus adiutor, et faxit, ut exitus et rerum series pronae uoluntati meae respondeant. Hisce S. V. Deo O. M. meque S. V. tanquam in Catholicae Ecclesiae gremium humiliter com-

mendatum cupio. Ex Breda mea Belgarum decimo sexto Nov. A. 1561.

V. S. et Cath. Rom. Ecclesiae obediens  
membrum

Guthilielmus Vraniae Princeps Com. ia  
Nassaw, Catzenelenb. etc. Bare in  
Breda etc. Burgundiae, Hollan-  
diae etc. Gubernator.

39.

Aus England von einem Ungenannten, vermuthlich an  
den Prinzen Wilhelm I.

Du 24. Avril 1563.

Le jour dhier, estant la feste de St George, patron de lordre de la Jartiere fut. faicte la ceremonie ancienne et accoustumee dans la chappelle de la court, ou la Reyne \*) se trouua avecq les chevaliers, qui estoient en ceste court; Reuestuz tous de lacoustremens de leur ordre, qui est vne longue Robbe de velours cramosy, rouge chemise et par dessus jceluy le collier dor compose de noeufz damours et de roses, et allentour dicelle sa Jartiere, avecq le scripture accoustumee, et au milieu dicelle pendant le St George, portans encoires vng chappron de velour cramosy rouge double de bancq. assez en forme des chapperons de chevaliers de lordre de bourgoigne. mais elz ne se portent sur la teste trop bien, pendant sur les paille, et a le dit manteau sur le cote gauche allendroit de les paille vng escusson dargent a vne croix droicte de

\*) Elisabeth.